Securitatem domesticam violasti ex indeque poenas tali in casu in iure Communi descriptas incurristi ac eisdem succubuisti pro quibus super te decernendis una cum restitutione subditi et suppellectilis ac Coniugis et puerorum eius Citanti iudicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Branscen. feria secunda ante festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo Cuius quidem Citationis praeinsertae Copiam sigillatam Ministerialis Regni General. Nobilis Benedictus Proszenski ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Wierzbowzna Curia eiusdem Citati posuisse ac familiae ipsius officiose publicasse recognovit. Memoratus Actor Citatum supra Nominatum ad Officium praesens per Ministerialem Regni General. Nobilem Benedictum Proszenski ter et ultra racionis formam vicibus quatuor clamatum et non comparentem in luero suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione Officii praesentis iudicialiter Condemnavit. In vim autem Lueri praestiti modo praemisso in Contumaciam Citati obtenti Officium hoc idem Castren. Capitan. Branscen. visa et considerata Citati clamati et non Comparentis Contumacia et lementate iuri communi et partis Actoris afficitationi ac Contenti Citationis inhaerendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus restitutionem praefati subditi uti cum damnis sibi taxatis decernit et Actori adiudicat. Sub poena banitionis praesenti praesente rigore. intercepta

Res Lopienski Luorum

super Citationem literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes in Kloczow Lesnowolski Branscensis Capitaneus Rigore Regio et nostra Capitan. authoritate vobis Nobilibus Joanni Piekutowski Alberto Josepho filiis huius Laurentio olim Alexii Piekutowski et Agnethae relictae olim eiusdem Alexii et Bartholomaeo filio Nobilis Joannis Proszenski de Piekuty haeredibus de personis bonisque vestris omnibus Rigore Regio et nostra Capitan. authoritate mandamus et in Judicium Rigore Constitutionum Anni 1620 primi de securitate domestica sub tempus motionis Generalis Bellicae sancitae nunc vero in proxime praeteritis Comitiis Warsavien. reassumptae feria secunda post datam praesentis Citationis proxime in Curia Regia Branscen.

celebrandis prtr et peremptorie Compareatis Ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Gregorii Zapienski de Zapieniec Jezchody Actoris qui vos in Terminum tacti peremptorie citat peremptorie Ideo quia vos Sub tempus moderne expeditionis Generalis Bellice animo deliberato studiose de nullis damnis imo liberis pascuis in haereditate Zapienice Jeze Consistentes Triginta anseres actoris proprias mactastis in damnum Actoris quod sibi taxat contra vos ad quatuor decem marcas petentes vel prout Judicium decernet Judicialiter Sitis Terminum attentaturi et responsuri Datum in Curia Regia Branscen feria secunda in Crastino festi visitationis Gloriosae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo primo Cuius quidem Citationis praeinsertae Copiam Sigillatam ab una integra ante ante Terminum praesentem Septimana in bonis Citatis propriis posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor Citatis supra nominatam ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Anzrensky iuridice clamatos et non comparentes in lucro suo pro toto et Regesti ordine ac admissione officij praesentis iudicialiter condemnavit In vim autem lucri praefacti modo praemisso in Contumaciam Citatis obtenti officium praesens per Ministerialem Visa et Considerata Citatis clamatis et non comparentiam Contumacia et temeritate eiusdem Contraveniendi et affectandi Actoris ac Conventis Citationis adhaerendo super praedictis Citatis et bonis eorum omnibus Lucrum taxe damnorum sub poena banitionis decernit et actori adiudicat Decreti praesentis Vigore Ministerialis Regni Clarus Providus Joannes Szekal.

Woyno **Lucrum**

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Joannes Zesnowelskj Branscensis Capitaneus Vobis Nobilibus Jacobo olim Vincentij Woyno et mariae Dobronska Consortibus invicem Coniugibus de personis bonisq vestris omnibus Vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus Ut in Judicio Vigore Constitutionem Anni 1651 primi sub tempus expeditionis Generalis bellicae de securitate domestica sancitae feria secunda post datam praesentis Citationis primum et proximius in Curia Regia Branscen celebrandis prtr et peremptorie compareatis Ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Martini olim Valentini Woyno qui vos